



CAP. LI.

Decem Virgines.

Matth. 25. Tunc assimilabitur regnum caelorum decem Virgibus: quae accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsae. Num. 2. Quinque autem ex eis erant fatuae, & quinque prudentes.

VERSIONES.

Syriacus. Tunc assimilabitur regnum caelorum decem virginibus illis, quae sumplerunt lampades suas, & exierunt in occursum sponsi, & sponsae.

Auct. Imperf. Venerunt obuiam sponso, & sponsae.

Grac. Theoph. Exierunt in occursum sponsi.

Syriacus n. 2. Quinque autem ex eis sapientes erant, & quinque fatuae.

Arabicus. Quinque insipientes. D. Ambros. in Psalm. 118. Quinque autem ex eis stulti. D. August.

EXPOSITIO I.

VNC, in subitaneo, ac improviso meo aduentu filij hominis ad iudicium. Simile est regnum caelorum. Ecclesia nempe militans, quae frequenter regnum caelorum dicitur, in qua puritate illa, ac sanctitate viuunt veluti in regno caelorum. Decem virginibus. Hoc est tale quid accidit fidelibus in Ecclesia, quale quid contigit decem virginibus conuocatis ad festum nuptiale, ex quibus quae paratae sunt, admittuntur ad nuptias, quae vero non paratae excluduntur. Quae accipientes lampades suas. Sponsus olim ad domum sponsae se conferebat, cum ipsaque ad propriam domum reuertebatur, tunc conductae virginibus eis exhibant obuiam cum lampadibus accensis; noctu enim nuptialis festiuitas celebrabatur. Exierunt obuiam. Occurrerunt nempe sponso, & sponsae. Exierunt, a quo loco exierunt. Pulchre D. Bernardus in praesenti Euangel. Vnde exierunt? ait, plane de substantia, & seculari conuersatione, iuxta illud: recedite & exite inde, & immundum ne tetigeritis: Audiuistis & Abraham, exi de terra tua. Exierunt enim, vt fierent obuiam Christo à fastu mundi, propinquitatis, ac cognationis, sponso, &

Ecclesia. Bernard. Exeundum a mundo.

sponsa. Graeci Codices solum habent sponso. Tamen Biblia correctae, & omnes Patres Latini. D. Augustinus, D. Hieronymus, D. Gregorius, alij vtrumque legunt, sponso scilicet Christo in die iudicij, & sponsae Ecclesiae triumphanti, vt explicat Carthusianus, cum ipso de caelo veniens sponsa eius.

Quinque autem ex eis erant fatuae. Graeci Codices habent, quinque autem ex eis erant sapientes, & quinque fatuae. In nostra Biblia correctae prius ponuntur fatuae, deinde prudentes: fatuae dicuntur, seu vt alij legunt, stulti, seu insipientes; quia stultè egerunt exeuntes obuiam sine oleo: Et primo loco ponuntur, quia fatui primas sedes ambiunt solliciti tantum de primo loco, nil verò cogitantes de oleo meritorum, vel quia in hoc saeculo frequenter contigit, vt fatui, ac stulti primas teneant, ac occupent loca, vel quia cum à nuptiis essent exclusae, Euangelista tamen voluit eas sic condècorare, ac nobilitare.

QUESTIO I.

Quare regnum caelorum virginibus comparatur?

PRIMA & communis solutio, quae mihi placet, & communiter tradunt Recentiores Ianfenius, Maldonatus, Franciscus Lucas, quod seruat Dominus in parabola morem, qui apud antiquos vigeat, quod cum sponso, & sponsa in domum venirent, nocturno tempore à virginibus accensis lucernis exasperentur, praecipue sponsa foemina à foeminis, & dominus à seruis. Lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, Luc. 12.

Secundò. Origenes, & D. Hieronymus in praesenti. Per virgines omnes fideles interpretantur, qui ideo dicuntur virgines ob integritatem, ac soliditatem fidei, quae corporis virginitati similis est, & talis integra fides necessaria est, vt quis ad regnum caelorum introducat. D. Hieronymus: Qui ideo, ait, omnes virgines appellantur: quia gloriantur in vnus Dei noxia, & mens eorum idololatria turba non constupratur.

Tertiò. D. Chrysostronus homil. 79. Euthymius, Theophylactus, per virgines etiam omnes fideles interpretantur; vt ostendatur, quod quamuis quis virginitate imminet, quae est suprema virtus, tamen si expers fuerit charitatis oleo erga proximos peribit. Theophylactus. Sub persona virginum proponit parabolam, quoniam magnum opus est virginitas, ne quis illud vnum curans, alia negligat, sed discat, quod absque elemosyna etiam virgines cum scortis eiciuntur. Quartò, vt etiam hoc magno documento instruamur, quod nullus suis virtutibus confidat; nam quamuis quis floreat praestantissima virginitatis virtute, tamen facile corruere potest, vt ad nuptias, ac in caelum non ingrediatur.

Quintò. D. Paschasius lib. de corpore, & sanguine Domini cap. 21. Exerce te, ait, in castitate, quoniam hic sanguis nihil magis diligit, quam in Christo virgines, virgines inquam, sed prudentes, & pudicas; quia sunt & fatuae, intus in animo non habentes oleum secum Spiritus sancti. Ideo quisquis rellè vult communicare, sic viuat necesse est, vt templum

Græcus. Aug. Hieron. Gregor. Carthuf. 2. Stulti prius sedes. 3. Ianfen. Maldon. Lucas. Antiquorum mos obseruatur. Luc. 12. 4. Origen. Hieron. Fides integra necessaria ad salutem. 5. Chrysostr. Euthym. Theophyl. 6. Paschal.

Ad nuptias agni vocantur virgines.

Alger. Algerus lib. 1. de sacra Eucharistia, cap. 22. In sacramento Christi ei vniri debemus conformitate passionis, nihil sic aduersatur passioni Christi, vt voluptas, & munditia nihil sic aduersatur vt fœditas: nihil sic eius vnioni vt fornicaria societatis vnitas. Vide cap. 24. num. 82. 83. 84. & cap. 27. num. 92. 93. & saepe.

7. Sextò. Similitudo, vel vmbra Christiani regni virginibus maximè adaptatur. In eis enim tota Christiana sublimitas exprimitur, ac significatur.

Vox est sponsi ad suam dilectam: Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum, Cant. 8. num. 6. D. Ambrosius lib. 1. de virgin. sic legit: Pone me vt sigillum in cor tuum, & velut signaculum super brachium tuum. Exoptat vt eius virgo sponsa apponatur ad cor suum vt sigillum, vt in ipsa affectus eius cordis tanquam in sigillo imprimatur, ipsaque sit quaedam veluti eius effigies, & character. De Christo Domino ait ait Paulus ad Hebr. 1. num. 3. Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiae eius. Graecus legit, Qui cum sit character. Christus Dominus character, & imago expressa est Patris, adaequata omnimoda similitudine, in eadem numero natura cum ipso.

Christus virginum amator sic se totum in virginem fundit, vt ipsa virgo fiat eius imago, non natura; nam prout Deus & homo est, hoc est impossibile, sed vt fiat imago actionibus, & operationibus; nullis enim melius exprimitur, ac significatur Christus, quam actionibus puritatis, & virginitatis. D. Anselmus apud Ghislerium ad citat. Cantic. locum: Dicitur, ait, in eo signaculi effectus, quo sui imprimit characterem, & in eiusdem acceptione pro imagine, & characterem ipso impresso: ac si dicat, tene imaginem meam, super cor, & super brachium tuum, vt exhibeas te mihi similem, & in passione, & in omnibus aliis, & intrinsecus in cogitationibus, & extrinsecus in operationibus. Vide etiam D. Ambrosium citato loco de virginit. & D. Basil. epist. ad Nyssenum.

Iuuenili ætate occidit Abek: Consurxit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum, Genes. 4. num. 9. Cur iuuenturis flore occiditur? Et in tanta virorum raritate. Conuenientius videbatur, vt ipse seruaretur ad virilem ætatem, vt post multam filiorum procreationem, quae tunc maxime pro mundi propagatione exigebatur, ipse obiret? Cur iuuenis ante nuptias interficitur? Destinatus erat, vt primus post lapsum in se imaginem Christi passuri repræsentaret, ac exprimeret; inde virgo eligitur, qui solus Christi figuram adumbrare valebat, D. Augustinus lib. 1. de mirabilibus sacrae Scripturae: Primus, ait, post delictum Saluatoris nostri gestauit figuram, qui virgo, & Sacerdos, & Martyr.

8. Iuuenili ætate occidit Abek: Consurxit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum, Genes. 4. num. 9.

9. Tertull. Imperfect. Solus virgo Christi figuram agit. August.

QUESTIO II.

Quare virgines dicuntur decem?

RESPONDET primò D. Tertullianus lib. de Anima, Auctor Imperfectus homil. 52. dicuntur decem propter hominis sensus, quinque corporeos, & quinque incorporeos. Secundò,

D. Hieronymus, D. Paschasius, Beda in suis commentariis cum D. Augustino epistol. 120. cap. 33. D. Gregorio homil. 22. Alberto Magno, & aliis. Propter quinque corporis sensus, qui dum eis bene vtuntur sapientes, ac prudentes sumus, dum verò male, insipientes, & fatui.

Tertiò. Carthusianus, Maldonatus, & alij rectè dicunt quod per decem virgines vniuersitas fidelium denotatur. Denarius enim numerus est perfectus, & primus terminus numerorum, itaque ultra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput, seu denarium; proindeque per ipsum vniuersitas rerum declaratur, ac significatur. Genes. 31. num. 41. Immutasti mercedem meam decem vicibus, id est multis vicibus. Leuitic. 16. num. 26. Ita vt decem mulieres vno clibano coquant. Hoc est multae mulieres. Ac proinde, simile est regnum caelorum decem virginibus, id est multis fidelibus, qui per virgines significantur.

Quartò. In Ecclesia fideles comparantur decem virginibus, & tamen in regno caelorum iusti dicuntur: Millia millium, & decies milies centena millia, Daniel. 7. num. 10. In hoc saeculo fideles combinantur cum decem, vt ostendatur quanta sit raritas, ac difficultas assequendi salutem; nam ex ipsis decem solum quinque ingressae sunt ad ianuam vitae. At verò in altero saeculo, in alteraque vita comparantur millibus millium, vt demonstretur quod quamuis iusti pauci sint, sic æstimantur, ac appenduntur à Deo tanquam multa millia millium. Chrysostronus homil. 22. ad illa verba Hebr. 11. num. 8. Quibus dignus non erat mundus; sic ait, vir iactans, & gloria insignis est instar orbis terra.

Frequenter olim Deus dicebatur: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Exod. 3. num. 6. Matth. 22. num. 32. cum sit omnium Dominus; cur ad tres tantum homines determinatur, cur potius non dicitur omnium hominum, nationum, ac populorum Deus, sed tantum illorum trium? cum essent iusti maximè delectabatur vocari illorum Deus, cum enim illi essent iusti, in maiori æstimatione erant Deo, quam vniuersa hominum multitudo, quae delictis abundabat. D. Chrysostronus homil. 24. Deus orbis terra, ait, non erubescit vocari trium Deum, & merito, non enim orbis terra, sed innumerabilium eiusmodi instar sunt sancti: melior enim est vnus faciens voluntatem Domini, quam decies mille iniqui.

Hac de causa seruus Abraham Dominum Deum exorans, ait: Domine Deus Domini mei Abraham, Genes. 24. num. 2. Cur non ait omnium nationum, quod ad maiorem splendorem videbatur spectare, sed tantum vnus Abraham? Quamuis vnus, cum tamen esset iustus plusquam vniuerso orbe ponderabat. D. Chrysostronus homil. 22. in Genes. Vide serui sapientiam, ait, orbis Dominum à Patriarcha nominat. Vide supra cap. 11. num. 58. 59. 60. & cap. 13. num. 62. & cap. 23. num. 43.

QUESTIO III.

Quare iusti in Ecclesia militante comparantur cum virginibus, in triumphante verò cum viris, & hominibus?

PER virgines in praesenti in regno caelorum denotantur omnes fideles in Ecclesia militante,

Hieron. Paschal. Beda. Aug. Gregor. 10. Denarius pro omni multitud. Genes. 31. Leuit. 16. Daniel 7. Vnus iustus æstimatur tanquam multa millia. Chrysostr. 12. Exod. 3. Matth. 22. Pauci iusti plus quam omnibus alijs. Chrysostr. 13. Genes. 24. Chrysostr.

Difficultas
quæstionis.
Apo. 14.

tante, & hi cum virginibus comparantur, simile est regnum calorū decem virginibus; at verò in Ecclesia triumphante per viros denotantur. Hi sequuntur Agnum, quocumque erit, hi empti sunt, ex hominibus, Apocal. 14. num. 4. Hi, in masculino. Cur in Ecclesia militante iusti cum virginibus conferuntur, in triumphante verò cum viris, ac hominibus. Hi sequuntur Agnum.

15.

Eccles. 50.
Rom 9.

Respondeo. Quādiu homo est in hac mortali vita, nulla est virtus adeo firma, & stabilis, quæ non exposita sit alicui lapsui, ac fractioni; at verò in Ecclesia triumphante, cælestique patria omnis virtus secuta, ac stabilis, virilique constantia perfulget. De Iusto loquens Ecclesiast. 50. n. 10. ait: Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Paulus verò de eisdem loquens ait: An non habet potestatem figulus lutū ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam, Rom. 9. num. 21. Vbi electi cum vase figuli combinantur; si vas auri solidum dicuntur, quomodo & vas figuli appellatur? Iusti prout sunt in hac vita rumpi, & frangi possunt in via virtutis vt vas figuli. At in cælesti patria sunt tanquam vas auri solidum, quod semper firmo robore perseverat, vt in sua integritate conferretur, ac persistat.

Iustus in
aeterna vita
securus, in
hac vita la-
psus exposi-
tus.

QVÆSTIO IV.

Quare simul in Evangelio narrantur virgines fatuæ, & prudentes?

16.

DESCRIBUNTUR in præsentī virgines prudentes, & fatuæ tanquam simul habitantes, ac commorantes. Quānam culpa, ac crimen commissum erat à prudentibus, vt simul cum virginibus fatuis, ac stultis associarentur. Cum nulla sit rigidior pœna homini prudenti, quàm cum fatuo, ac stulto agere, & incedere.

17.
Ezech. 27.

Cum Deus magna supplicia vellet inferre populo Israeli ait per Ezechielem 21. num. 3. Ecco ego ad te, & exciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum, & impium. Et vt gladius vehementius, ac districtius interficeret, ac in frustra cæderet, addit: Gladius exacutus est & limatus. Et ad tantam furoris iram exercendam, ac si vnus gladius non sufficiat, subdit: Duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum, n. 14. Et cum inde videretur, quod multa hominum millia gladiis iugularentur. Clamat Dominus: Mucro, mucro reuertere ad vaginam tuam, num. 30. Quod alicui videbitur pro misericordia dictum: tamen statim adiungit: Effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo te, daboq; te in manus hominum insipientium, ibid. num. 31. Reconditur iterum mucro in vaginam, ac si pro grauitate peccatorum Israel omne supplicium gladiis illatum videretur parum, & diminutum, & ideo aliud grauius, & rigidius paratur. Effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo te. Et quodnam erit hoc supplicium, in quo omnis ira Dei effunditur, & ad quod omnis gladius insufficientis est: Dabo te in manus hominum insipientium. Durissimo supplicio affligam te Israel super omni alio, quod excogitari potest. Dabo te in manus hominum insipientium, vt eorum stultitiis, ac erroribus tanquam durissimo tormento

Dura pœna
prudētū agere
cū insipienti.

crucieris. Theodoretus relatus in Glossa: Superiorum oppugnationum hæc grauior erit.

Theodo.

Magnas pœnas miniat Deus Israeli, & ait: Ego ad emulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam, Rom. 10. num. 19. Quæ tamen tanta pœna infligetur, cum Deus ait: In iram vos mittam. Ait Deus: adducam vos in gentem insipientem. Ipsa conuersatio, & petra tractatio cum fatuo, ac insipienti valde acerba est viro prudenti, ac sapienti, ita vt nullum aliud supplicium ei rigidius, & durius videatur, itaut in eo omnis ira Dei immissa intelligatur.

18.
Rom. 10.

19.

Introducuntur in parabola simul habitantes prudentes, & fatuæ, vt dum prudentes cum modestia, ac humilitate fatuas sustinent, eorumque stultitias, ac errores tolerant, eorum probitas digna magno præmio, ac cælestibus nuptiis condigna appareat. Moyses populi Israelitici dux, & princeps, cum iam esset moriturus, populum appellat stultum, & insipientem. Popule stulte, & insipiens, Deuteronom. 32. num. 6. Vt eius virtus magno remuneranda præmio probaretur, quod cum tanta modestia, ac mansuetudine stultum populum per quadraginta annos sustinuerit, ac portauerit.

Fulgens me-
rito prudentes
cum tolerat
fatuos.

20.

Tum etiam vt fatuitas aliarum quinque virginum ostendatur, associata prudentibus suam ignorantiam depellere non valuerunt, vt prudentes fierent. Ait Abias ad Parentem Eliam: Numquid non indicatum est tibi Domino meo quod fecerim, cum interficeret Iezabel Prophetas Domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos, & pauperum eos pane, & aqua, 3. Regum 18. num. 4. De quo scribit D. Hieronymus in Abdiam: Hic igitur quia centum Prophetas auerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, fit dux Ecclesia. Vnde homo princeps militiæ nutritus in aula impiissimi Regis habuit, vt inter duodecim Prophetas canonicos numeraretur? Non mirum sanè. Prophetas Domini auerat. Cum ipsisque Prophetis conuersabatur, ac agebat, indeque gratiam prophetalem acquisiuit.

3 Reg. 18.
Ex conuersatione
Prophetarum fit
Propheta.

Hieron.

QVÆSTIO V.

Quare in Evangelio virgines introducuntur cum lampadibus, viri verò cum lucernis?

21.
Ratio litera-
ralis.

RATIO literalis desumitur ex dictis q. 1. quia apud veteres vigeat consuetudo, vt cum sponsus, & sponsa ad domum venient nocturno tempore, à virginibus accensis lucernis exciperentur.

22.
Clem. Alex.

Hic tamen veniunt notanda præclara Clementis Alexandrini verba, qui lib. 3. Stromatum ait: Hac etiam ratione sunt etiam prudentium virginum lampades, que nocte sunt accensæ in densis tenebris castitatis. Ait, quod virgines prudentes habent lampades accensas in densis castitatis tenebris. Sed si lampades accensæ sunt, quomodo adfunt tenebræ densæ, in quibus castitas velatur? Castitas de verecundiæ bono densis tenebris absconditur, secessum amat, oculos hominum fugit, latibula quærit, ne pudicitiam cum facie prostituat obuiæ spectatorum libidini; lampades tamen in manibus portat, vt nitore virtutum fulgeat, & resplendeat. Virgo pudica de verecundiæ bono lucem fugit, & latere ambit: tamen lampadam cla-

ritate

Sap. 4.
Lycan.
Hugo.

Rabban.

23.

Luc. 12.

Virgo sit
clausa domi-
vir foris se
exhibeat.

24.
Cant. 2.
Cant. 4.

Origen.

Sponsa clausa
sit in domo.
Sponsus
verò in campo
apparet.

Ambros.

25.
Cant. 2.

ritate indiget, vt à claritate conscientiæ, quæ labe aliqua deueniatur, venustatem virtutum sceneatur. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Sapient. 4. num. 1. cum claritate explicat Lycanus, sapientia. Hugo, cum claritate virtutum. Virgo sit sub densis tenebris abscondita, fulgeat tamen claritate sapientiæ, & virtutum. Rabbanus: Distingue verba, ait, pulchra quantum ad opera: casta quantum ad innocentiam mentis; clara quantum ad virtutum nitorem.

Quæritio præsens est, cur virgines à Christo Domino describantur cum lampadibus. Quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. At verò homines referantur cum lucernis ardentibus. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, Luc. 12. num. 35. Cur ergo virgines non lucernas ardentes, sed lampades; homines verò non lampades, sed lucernas habent; apta vnicuique personæ lucis imago, virtus virginum non sit circuncursans, sed domi clausa vt lampas in templo, secus verò vitorum, quibus incumbit, vt illustribus operibus in publicum fulgeant, lucernisque ardentibus se exhibeant, veluti famuli, qui noctu Domitum lucernis, ac fœtibus comitantur.

Ait diuinus Sponsus de se: Ego flos campi, & lilium conuallium, Cant. 2. num. 1. Tamen de sua diuina sponsa testatur: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, Cant. 4. n. 12. Valde similes in suis actionibus, & operationibus erant diuinus Sponsus, & sponsa, ita vt vnus alterius referret imaginem, & operationem. Dilectus meus mihi, & ego illi. Cur ergo sic modo discrepat, vt sponsus dicatur flos campi patens, & expositus omnibus, sponsa verò hortus florum semel, & iterum conclusus, cur non se conformant in his actionibus, vt si flos sponsi est patens, sic etiam præuisus omnibus sponsæ flos. Si Christus flos est campi, quia gaudet se omnibus communicare, vt ait Origenes homil. 2. ex duabus: Christus, ait, flos est totius campi, id est totius mundi, & vniversa terra flos factus est. Cur etiam sponsa non sic se communicat, sed tanquam duplici muro dicitur clausa. Hortus conclusus soror mea, hortus conclusus. Ex conditione sexus perpente discrimen: sponsus cum esset vir in publicum prodit, vt de odore, ac suauitate suorum florum omnes repleatur, ac lætentur. At sponsa cum esset virgo, publicum fugit, clausuram quærit, secessum amat, & multo munimine se ab hominum occurfu claudit. D. Ambrosius lib. 10. epistol. 82. Bonus hortus virginitas, quæ plurimos bonos ferat fructus odoris: hortus conclusus, quia vndique vallata est muro castitatis. Et lib. 1. de virginibus aliquantulum ante finem. Ille, ait, muralis septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam.

De diuino Sponso decantatur: Ecce iste venit saliens in montibus transilienti colles, Cant. 2. num. 8. & iterum introducitur degens super montes Berther. Reuertere: similis esto, dilecte mihi, caprea, himaloz, cervorum super montes Berber, ibidem num. 17. At verò sponsa maxime clausa obleratis foribus introducitur. Vnde dicitur: Vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea, Cantic. 5. num. 2. Et ita aditus erat interclusus, vt ianua repagulis muniret, vt enim Christum exciperet, ait: Pessulum ostij mei, aperui dilecto meo, num. 6. Si sponsus, & sponsa arctissimo amoris nexu connectebantur, itaut minime possint inter se separari, quid est quod sponsus transiliet super montes,

tes, valles, & colles; sponsa verò domi clausa retinetur; virum decet per montes, & colles degere exhibens virtutis suæ munimenta, vt explicat D. Bernardus serm. 4. in Ascensione Domini. At verò virginū expedit, vt in cubiculo suo retineatur firma custodia munita. D. Ambrosius lib. de Isaac, & anima cap. 6. ait: Aperi mihi soror mea, quia nuptiæ spirituales sunt verbi, atque animæ, aperi mihi, sed extraneis claudere, seculo claudere, neque ipsa foris ad illa materialia prodeas, neque virtutum relinquens lumen alienum requiras.

Bernard.
Sponsus in
montibus,
sponsa in do-
mo.
Ambros.

QVÆSTIO VI.

Quare ex decem virginibus quinque notantur ab Evangelista fatuæ?

26.
Valde diffici-
le verā vir-
ginitatē à falsā
distinguerē.

DECIM introducuntur virgines in parabola, ex quibus quinque ab Evangelista dicuntur fatuæ, & sic earum fatuitas, ac incuria in oleo retinendo notatur, vt etiam, quod erat in eis bonum scribatur, ac exprimat. Decem referuntur virgines quinque prudentes, & quinque fatuæ, in quo perspicacia acumen, ac sublimitas Evangelistæ intellectus fulget, ac resplendet, dum prudentes à fatuis diuidit, veramque earum virtutem à falsa, ac apparenti discernit; cum nihil sit difficilium, ac obscurius, quam inter hæc discrimen constituere. Ait Paulus Rom. 1. n. 9. Testis est mihi Deus, cui seruius in spiritu meo. Cui solum Deum in testem vocat, non verò alium magis sensibilem testem: loquebatur Paulus de vero amore, cui seruius in Evangelio, ideo solum Deum testem inuocat, solus enim ipse poterat distinguere verum amorem à falso, ficto, ac apparenti.

Rom. 1.

Dux mulieres contendebant coram Salomone super puerum viuum, & vnaquæque affirmat suam esse filium, ille vero adducto gladio mandat. Diuidite infantem viuum in duas partes. Vera mater pro salute filij deprecabatur ne interficeretur, alia verò instabat iussione regis impleri. Tunc Rex mandat primæ dari filium, & subdit Textus: Audiuisti omnis Israel, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium, 3. Regum 3. num. 28. Cur non sapientiam, ac prudentiam humanam, sed tantum Dei in eo agnoscunt, & fatentur. Viderunt Salomonem facere iudicij discretionem inter verum, & falsum amorem, inter solidum, ac fictum affectum, & inde deprehenderunt mentem eius diuino lumine illustratam à solo superno lumine posse deuenire, vt quis verum amorem à falso, & ficto discernat. Vide cap. 5. n. 60. 61. 62. & n. 71. & n. 122.

27.

A lumine su-
perno venis
discernere
inter verum
& falsum
amorem.

QVÆSTIO VII.

Quanam esset fatuitas harum virginum?

28.
Carthuf.

R. R. CARTHUSIANUS. Quinque ex eis erant fatuæ. Vna pars Christianorum insipiens est, ait, & in die iudicij stulta probabitur, eo quod diuinis, ac spiritualibus preposuit terrenæ, ac corporaliæ, sedemq; Catholicam non adornauit operibus, nec opera de genere bona retulit ad debitum finem; prudentia namq; dirigit actus humanos in debitum finem. Virtutes prudentia dirigendæ in debitum finem. Vide cap. 3. num. 64.

Virtutes
actiones diri-
gunt in debi-
tum finem.

Secun